



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Quænam per priuatas preces præparator ad Deiparæ Festa piè colenda  
fieri poſit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

gendo unum Ave Maria, à Deo indulgentiam postulando. sic ibi.

Quotidie Virginem propter ea, quibus in terris perfusa est gaudia, & propter dolores, quos dum viuere perpessa est, & propter eam, qua nunc in Cœlis perfruitur gloriam, triplici salutatione Angelica veneremur.

**QUÆNAM PER PRIVATAS**

precēs preparatio ad Deipara festam  
piè colenda fieri possit.

**V**T verò erga Deiparam pietas nū- *Alia pre-*  
triat, ac magis in dies augeatur, *ces in ho-*  
nō parū proderit ieiunijs, operib<sup>9</sup> mi- *norem*  
sericordiæ, ac peculiaribus precibus ad *Deipara.*  
eius festa deuotius celebranda se com-  
parare, vel etiā per eorum octauam ali-  
quid eiusmodi in Deiparæ honorē exhi-  
bere: qua de re, vt reliqua tunc taceam,  
aliquas preces, quæ in nonnullis Deiparæ  
festis recitari possunt ex Beata Gertrude  
afferemus, vt ex ijs tale quippiā ad alio-  
rum festorum præparationem nos ipsi  
statuere possimus.

**ASSUMPTIO B. V.**

**I**n libro 4. Reuelationum Beatæ Ger-  
trudis capite 49. de præparatione ad  
Festum

*Visio B Gertrudis.* Festum Assumptionis, sic legimus: In vigilia Assumptionis sub missa (Vultum Deiparam tuum) dum legeretur Collecta (Deus, qui inuocatis, virginalem Aulam) & cum Beata Gertrudis deuotius intenderet verbis illis, scilicet (ut sua nos defensione munitos iucundos res sub eius faciat eius interesse festiuitatis) videbatur pallio ad-delicata mater benignè expandere pallium mittitur. suum quasi ad suscipiendū omnes ad se confugiētes in specie lepatrocinium. Tunc aduenientes sancti Angeli adducebant coram ea omnes personas, qua se speciali deuotione vel orationibus ad idem festum Assumptionis deuotè preparauerant in specie iuuentularum speciosarum, qua reuerenter sedentes ante eam, sicut filia coram matre, sanctorū Angelorū ministerio vniq; fulciebatur & ab insidijs malignorum spirituum defendebantur, & ad quaq; bona promouebantur. Intellexitq; talem protectionem Angelorum obtentam per antedicta verba collecta, scilicet **VT SVA NOS DEFENSIONE MUNITOS**, quia ad imp. rium eius multitudo Angelorum vndiq; defendendo protegis omnes gloriosam Virginem inuocantes.

B. Gertrudis reuelatio, de ijs, qui per octauam

hęcibi.  
 ANNUNCITIO B. V.  
 Neodem libro 4. Reuelationum ca. 12. cum ageret de festo Annunciationis, hęc

hęcibi.  
 ANNUNCITIO B. V.  
 Neodem libro 4. Reuelationum ca. 12. cum ageret de festo Annunciationis, hęc

hæc habentur: *Desiderans* uero B. Gertrudis inuestigare quid orationis Beata Virgo acceptaret specialius in hoc festo Annuntiationis, edocuit eam ab ea, quod si quis per ceteram uiam quotidie legeret 45. *Aue Maria* cum deuotione in memoriâ illorum dierum, quibus Dominus Iesus creuit in utero suo, ille tam acceptum famulatum sibi exhiberet, sicut si eo die, quo Dominum concepit, sibi affuisset, & per singulos dies, usque ad partum diligentissima sibi obsequia impendisset, & quam inuite illi tunc pro seruitio suo Virgo denegasset, quicquid ab ea desiderasset, tam inante uellet isti denegare petitionem suam. sicibi.

Annun-  
ciat. B.  
Virginis  
45. saluta-  
tiones An-  
gelicas  
pronun-  
ciant.

NATIVITAS B. V.

13. **D**E festo uero Natiuitatis Deiparæ Altera e-  
x eodem lib. 4. Reuelationum in eodem re-  
cap. 53. sic scriptum inuenimus Natiui-  
tatis Gloriosa Virginis festo præclaro gloria eo-  
dum ista persoluisse tot *Aue Maria*, rum, qui  
quot debemus ipsa præclara maris stella Natiuita-  
creuit in utero Matris (quod fieri facile tis Deipa-  
potest si 35 *Aue Maria* quotidie reciten- ra comme-  
tur per octo dies, ) & hæc deuote offer- moratio-  
ret eidem, requisuit ab ea, quid erga be- nem An-  
nignitatem ipsius merentur, qui simili gelicis sa-  
deuotione ad honorẽ eius eundem nu- lutationi-  
merum persoluerent cum salutatione bus cele-  
Angelica: brant.

Angelica: cui benignissima Virgo respondit: Hoc (inquit) merentur, quod aeternaliter in caelis speciali iucunditate participabunt mecum felicius omnia gaudia, quae recipi, & adhuc sine intermissione renouata recipio pro singulis virtutibus, ad quas Beata, & Gloriosa Trinitas animam meam singulis diebus secundum optimum beneplacitum suum decenter habilitauit. sic ibi.

*Altera  
eiusdem  
reuelatio  
de salu-  
tionibus  
Angelicis,  
ac alijs  
precibus  
pro hora  
mortis ob-  
latis.*

In eodem festo Natiuitatis Deiparae ad completorium dum cantaretur Salve Regina, haec legimus in eodem lib. 4. c. 55. Tunc B. Gertrudis obtulit beatissime Virgini centum, & quinquaginta Aue Maria in honorem eius lecta, orans, ut in hora mortis materna sibi pietate dignaretur adesse: & ecce omnia verba, quae legerat, videbantur in specie aureorum denariorum ante confistorium presentari, & ab ipso mari suae commendari. Quae Mater pia suscipiens quasi dispensatrix fidelissima singillatim disponebat in profectum, & solatium animae eius, diligentissima cura prouidens, ut cum egrederetur de hoc saeculo; pro singulis sibi oblatis speciales consolationes, & tuta subsidia apud districtum Iudicem ipsi obtineret, intellexitque quod dum aliquis finem vitae suae

suæ cuiusuis sanctorum specialibus orationibus commendat, statim orationes illæ deferuntur ante tribunal Iudicis; & ille Sanctus, cui committuntur, constituitur, à Deo aduocatus super eos, ut ex ipsis bona prouideat sibi deuotis tempore opportuno. hæc ibi.

14. Quibus verò animi affectibus salutatio Angelica ad maiorem spiritus utilitatem recitari possit, B. Virgo beatam Gertrudem docuit libro 4. cap. 12. ubi sic legimus: Aue sic intellexit legendum, quòd scilicet ad illud verbum AVE MARIA desideraret alleuiari omnes grauatos.

*Salutatio Angelica quibus animi affectibus recitanda B. Gertrudis à Deo para edocetur.*

Per illud, GRATIA PLENA, omnibus, quibus non sapit gratia, præstari saporem.

Per, DOMINVS TECVM, omnibus peccatoribus indulgentia.

Per, BENEDICTA TV IN MULIERIBVS, omnibus incipientibus proficere bonam voluntatem.

Per, BENEDICTVS FRUCTVS VENTRIS TVI, omnibus electis perfectionem.

Per, IESVS SPLENDOR PATERNE CLARITATIS, veram cognitionem.

Per, ET FIGVRA SVBSTANTIÆ EIVS, diuinum amorem; ad quodlibet enim

enim

enim Ave Maria ista verba scilicet, *Iesus splendor paterna claritatis, & figura substantia eius*, debent adiungi in fine. sic ibi.

*Eiusdem  
praxis.*

*Michael  
Constantiensis.*

Cæterum horum affectuum praxis quomodo salutationi Angelicæ sit inferenda tradidit Ioan. Michaël Constantiensis è religiofissimo Carthusianorum Ordine in suo Enchiridion in hunc modum: AVE MARIA, grauatō; alieua, GRATIA PLENA, aridis gratiam impetra; DOMINVS TECVM, qui per te peccatoribus indulgeat; BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS, eia imperfectos, & proficere volentes benedicas; ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI, qui per te proficientes, & perfectos reficiat; & benedicat IESVS CHRISTVS, qui nos saluet, & sanet; SPLENDOR PATERNÆ GLORIÆ, qui nos illuminet; ET FIGVRA SVBSTANTIÆ EIVS, qui nos inflammet, & sibi conformet. SANCTA MARIA MATER DEI, ET VIRGO, Angeli, Sancti huius diei, Patroni mei, & omnes beati, & electi Dei, orate pro nobis peccatoribus, NUNC ET IN HORA MORTIS, & magnificate, & exorate Dominum nobiscum. sic ille.

15 Nec

15 Nec silentio prætereunda sunt, quæ de salutationis Angelicæ præstantia, atque utilitate reuelasse scribitur Deipara B. Mechtildi in lib. gratiæ spiritualis, Reuelationū eiusdem cap. 55. in hunc modum: Sabbato quodam dum *Salve sancta parens* cantaretur, dixi beatissimæ Virgini: Si te o Cœli Regina dulcissima salutatione, quam vnquam cor humanum excogitare potuit, salutare possem, libentissimè salutarem. Statim beata Virgo ei apparuit, habens in pectore scriptam aureis litteris Angelicam salutationem, & ait, supra hanc salutationem nunquam homo peruenit: nec aliquis dulcius me salutare poterit, quam is qui salutatur in illa reuerentia, qua Deus pater me per hoc verbum, AVE, salutauit, confirmans me omnipotentia sua, vt essem immunis ab omni vā culpæ: Filius quoque Dei sua diuina sapientia sic me perlustrauit, vt sim clarum sydus, quo cœlum, & terra illustratur, quod per hoc nomen, MARIA, quod sonat maris stella, notatur. Spiritus sanctus etiam tota sua diuina dulcedine me penetrando tam gratiosam effecit, vt omnis, qui per me gratiam quærit, ipsam inueniat: quod innuitur per hoc verbum, GRATIA PLENA, in hoc

*Salutationis Angelicæ quantitas sit præstantia S. Mechtildis à Deipara edocetur.*

in hoc quoque verbo: *Dominus tecum*, admonet ineffabilis vnionis, & operationis, quam tota Trinitas perfecit in me, cum carnis meæ substantiam diuinæ naturæ in vna persona copulauit, ita vt Deus fieret homo, & homo Deus. Quid illa hora gaudij, & dulcedinis senserim, nullus hominum ad plenum potuit experiri. Per *Benedictam in mulieribus*, omnis creatura mirando agnouit, & contestatur me benedictam, & exaltatam super omnem creaturam tam cœlestem, quàm terrestrem. Per *Benedictus fructus ventris tui*, benedicitur, & extollitur excellentissimus, & perutilis fructus ventris mei, qui omnem creaturam viuificauit, sanctificauit, & in æternum benedixit. Et cum gratiosissimam Virginem oraret, vt in hora mortis sibi adesse dignaretur, respondit: Hoc utique faciam, sed & tu quotidie lege mihi *ter* *Aue Maria*.

*Triplicis  
Angelica  
saluationis deuotionem S.  
Mechtildē  
Deipara  
edocet.*

Ad primum ora, vt sicut Deus Pater secundum omnipotentiam suæ magnificentiam, animam meam secum in throno dignissimo sublimauit honore, vt sim post ipsum potentissima in cœlo, & in terra, ita ad sim tibi in hora mortis confortando, & expellendo à te omnem contrariam potestatem.

Ad

Ad secundum ora, ut sicut filius Dei secundum suæ inscrutabilis sapientiæ præualentiam, scientia, & intellectu me artificiosissimè decorauit, & totam repleuit, ut super omnes Sanctos maiori cognitione fruar beatissima Trinitate, & qui me tanta claritate perlustrauit, ut uelut Sol radians in uirtute, totum cœlum illuminem: ita in hora mortis animam tuam lumine fidei, & cognitionis profundam, ne fides tua ignorantia, aut aliquo errore tentetur.

Ad tertium ora, ut sicut Spiritus sanctus suauitatem sui amoris plene mihi infudit, & tam suauissimam, & mitissimam effecit, ut post Deum benignissima, & dulcissima sim; ita ad sim tibi in hora mortis infundendo animæ tuæ suauitatem diuini amoris, qui in tantum præualeat in te, ut omnis pœna, & mortis amaritudo ex amore tibi sit præsuauis. hæc apud S. Mechtildem.

**EXEMPLA EORVM, QUI PECULIARES PRECES DEIPARÆ OFFERRE CONSUEVERUNT.**

16 **N**unc subiicienda sunt exempla aliorum, quot iisdem ferè auctorum uerbis, breuitatis tamen studio interdum  
in